

vbi que sita, vel reperta fisco publicentur, & ipso iure, & facto publicata, incorporata, & confiscata fisco, pariterque apprehensa sint, & esse intelligantur a die commissi criminis, etiam per ignorantiam, vel negligentiam, aut impossibilitatem officiarum, vel aliter verè, & acta non fuerint apprehensa, iure tamen legitimè ascendendum, & descendendum referuato, saluo quod in crimine læsæ Maiestatis disponatur de legitima, prout iure communi cautum est, nec opponi possit, quod non, an appareat de aliqua apprehensione, nec incorporatione, nec de aliquo processu, & quolibet tempore executio, & apprehensio fieri possint nulla prescriptione admiffa, nec obstante, nec possit de huiusmodi bonis applicatis cameræ fieri contractus, aut aliquod instrumentum, nec aliquid aliud quod proprietate, vel possessionem respiciat in præ iudicium fisci, vel habentis datum a fisco; quod si secus factum fuerit ipso iure, & facto sit irritum, & inane, vide omnino Plot. in consilio 130. per totum inter consil. crim. diuersi tomo 1. vbi latissime de hoc statuto, siue constitutione Mediolani, & de confiscationibus, & quæ bona, & in quibus casibus confiscari possunt, & in consil. 132. numer. 7. dicit etiam, quod tale decretum licet disponat, ut bona ipso iure confiscantur publicata a die commissi criminis, et amfi non appareat de processu, nec de apprehensione bonorum facta nomine fisci, intelligitur tamen de iure, dum modo iudicium delinquente sit facta iudicis declaratio super crimine, & confiscatione. *Barard.*

f. *Nisi ex dispositione statuti.* Contra Clarum hic tenet Theaur. Decisione 198. sub numero septuagesimo, vers. ex quibus *Drogh.*

g. *Epycopo.* Quid si clericus delinquit in vna Diocesi, & in alia habet beneficium quis index procedet: Oldrad. eodem consilio decimo septimo, & quis ipsorum exequeretur, vide Baldum de pace tenen. columna tertia, an idem per Alexandrum consilio sexto, numer. 2. dub. vol. 2. & in consil. 31. eodem lib. *Giach.*

13 *h. Sed pone, quod fuerit aliquis.* Adde, quod bona condemnata ad mortem pro furto ex forma statuti non possint publicari: tenet expressè Cagnol. in l. ea sola, sub numero septimo per regul. iur. & Bald. in titulo de pace constant. in vers. criminalibus, quia secundum eum in l. tertia, post medianm. C. si pend. appellat. mors interven. quando quis condemnatur ex crimine non numerato inter publica crimina, de quibus in l. 1. 2. & per tot. ff. de public. iudic. nunquam venit publicatio bo-

norum, & quod statuta omnia sunt leges priuatorum iudiciorum: & quod eadè bona condemnatorum ex forma statutorum non publicantur, nisi nominatim in statuto caueatur, idè tenet Cassan. in consuetud. Burgund. in rubric. prima, & quinta, numero 134. cum sequent. & ibi numero 137. versiculo quicquid, tamen dicit, quod in Burgundia confiscantur bona in furto, & quod iudices se fundant per consuetudinem illius Prouinciar, quod vbi confiscatur, corpus confiscantur, & bona, & August. in consil. 1. nu. 7. vbi dicit idem esse, quando quis condemnatur non ad mortem, sed ad mutilationem membri, vel ad aliam penam corporalem.

2 *Sed pone, quod fuerit aliquis condemnatus ad mortem virtute statuti ita dispositi: in casu tamen in quo neque à iure communi, neque ab ipso statuto imponitur publicatio bonorum, prout videmus quod die fieri in furibus, nunquid lata sententia mortis, veniet in consequentiam etiam confiscatio bonorum?* Respond. quod non: & est communis opin. vt dicit Boss. in tit. banniti quid amittant, num. 11. & ita semper vidi apud nos obseruari. Ceterum in Gallia ex generali consuetudine bona confiscantur in omnibus casibus, in quibus imponitur pena mortis, vt attestatur Pontan. super consuetu. Blesen. fol. 154. columna secunda, in princip.

3 *Multa autem sunt crimina, in quibus secundum dispositionem iuris communis imponitur pena confiscationis omnium bonorum, puta, læsa Maiestatis, vt dixi supra statim, & supra hoc eod. lib. S. læsa Maiest. ver. prater licet. Item falsè monetæ, de quo dixi supra hoc eo. libro S. Falsum. vers. dixi etiã. Item homicidij, hæresis, &c. de quibus in suis locis dictum est. Et alios plures casus ponit Chastan. super consuetud. Burg. fol. 89. & seq. & Callicius in Marga. fisci, fol. 33. & multis seq. ponit 418. casus, in quibus bona fisco applicantur, & Francisc. Luca de priuileg. fisci, in 2. par. princ.*

quos refert, & sequitur Riminal iun. in consil. 50. numero 97. volum. 1.

17 *Item adde, quod confiscatio fit ipso iure in 250. casibus, quos nouissime posuit Lud. Cressoles in tract. in quibus casibus iure civili omnium bonorum, vel partis publicatio fit in dicto a fol. 3. vt que ad finem, vbi per 50. paginas ponit supraddictos casus, vt refert Vii commun. opin. 487. num. 2. & Petr. à Ducn. reg. 150. in fin. Barard.*

1 *Item homicidij.* Supra hac eadem questione in principio, vbi dixi, facit tamen pro illa opinione: quod simplex homicidium non trahat secum bonorum confiscationem, illud quod dicitur de clerico, qui committens homicidium non priuatur ipso iure beneficio; sed per sententiam supra q. 73. vers. Pariter etiam ad fin. *Drogh.*

18 *m. Apostata.* Adde, quid sit Apostasia, & quis propriè, & quis impropriè dicatur Apostata, & de eius penis, & quomodo contra Apostatas formatur processus, & sententia, & de excusationibus eorum, late per Decian. in tract. crim. tomo 1. lib. 5. cap. 70. cum seq. *Barard.*

n. *Quero nunquid.* Farin. vbi sup. q. 25. n. 18. & seq. *Roff.*

19 *de, quod in generali arbitrio concessio iudici, non venit potestas confiscandi bona.* Nat. consilio 594. numero 24. volum. 3. & ibi numero 18. dicit, quod si in citatione causæ civilis apponitur pena confiscationis bonorum, non erit valida, etiam si motu Principis fuerit concessa, vide etiam Menochium de arbit. iudic. q. 93. *Barard.*

o. *Que veniant.* Quid de alimentis, an comprehendantur in bonorum publicatione, donec legatarius viuat, quod non: vide per Boss. tit. de bonorum public. sub numero 72. vbi subiungit ita fuisse iudicatū, at secus de usufructu, vt ibid. *Giach.*

n. *Nunc videamus.* Adde, quod officium, siue casualiter veniat in confiscatione bonorum. Bartolus in l. illud, C. de collat. vbi lat. & in l. si damnatione, C. eodem, & in l. 1. §. nec castrensis, ff. de collat. bonor. & in l. Imperator. §. de fideicom. libert. & l. 2. ff. de bon. damnat. & lat. in l. omnino, ff. de inoff. sic. testam.

22 *Item adde, quod si feudatarius Baronis commisit crimen rebellionis, contra Regem, & Baronem fidelem, an feuda, quæ tenentur à Barone, applicentur Baroni fidelis, vel Regi.* Afflic. in decision. 282. in 2. dub. Et an feuda veniant in confiscatione bonorum, & si extaret statutum, quod de omnibus bonis fieret confiscatio, vide Bertazz. in consil. 281. & ibi Addent. 368. 369. vol. 2.

Item adde, quod vbi feuda confiscari possint feudatarius non potest priuari possessione feudi à Principe, nisi de delicto sit couictus per sententiã iudicis, text. est vbi omnes Doctores in capitulo primo, §. si verò de milit. vassal. per contum. & in cap. 1. vbi Adlic. in 1. notab. de feud. si cul. non amitt. & in decisione 97. ad finem, & 762. numero 35. & 40. & in constitut. violentias numero 53. Bald. consil. 301. num. 4.

ad finem volum. 1. & consil. 323. in princip. vol. 2. & in cap. que in ecclesiis, num. 41. de consil. vbi distinguit inter feudum deuolutum ob lineam finitam, & deuolutum ob culpam, que distinctio passim est approbata, Alex. consil. 103. num. 23. vol. 2. Boss. in tit. de Princ. nu. 301. & Clar. in §. feudum, q. 62.

24 *Item adde, quod bona prohibita alienari per viam testamenti, non veniunt in confiscationem, secundum Socin. in consil. 121. columna 4. vers. tertia ratio, vol. 4. quæ sequitur Socin. iun. consil. 77. num. 11. vol. 2. & idem tenet Ruin. in consil. 24. nu. 11. cum seq. vol. 5. Barard.*

d. *In extraneos heredes.* Et quod alienari prohibita, & in extraneos heredes non transmissibilia, non confiscantur, habetur plenè, & in terminis per Alexan. in eius consil. 23. per totum vol. 1. & sequitur Dec. in consil. 442. nu. 27. & quantum hoc magis communiter teneatur, reddiur tamen dubium ex deductis, & per Boss. allegatis, eodem tit. post num. 42. vbi citat Imolam tenentè oppositum. Declara tamen, & dic verū, vt per eundem illic, & numero 41. *Giach.*

Hinc inferitur. Farin. vbi supra num. 62. & alijs sequent. *Roff.*

q. *Bona feudalia.* Adde Curt. lun. consil. 4. vol. 1. Alexan. in l. si finita. §. si de vectigalibus, ff. de dānis infect. Fallit tamen si ex concessione feudum esset transitorium ad extraneos heredes, secundum Curt. ibid. An autè in confiscatione veniant quaerita, uel delata post sententiam, uel confiscationem, vide per Bartol. in l. si qua, ff. de iur. sic. libro decimo, in leg. 1. ff. de bon. damn. Dec. consilio 235. & consil. 438. *Guiot.*

r. *Inferitur etiam quod in confiscatione.* Adde vltra tradita per Dominum Clarum in dicto §. emphyteusis in quaestione vigesimimana, ea, quæ postuigit Gigas in tractatu de crim. læsæ Maiestatis, libro secundo, in titulo de penis committ. crim. læsæ maiestatis, quaestione sexta, & quando bona emphyteutica transeant in fiscum, vide Farinacium in quaestione vigesima quinta, numero 50. cum seq. *Barard.*

f. *Quero modo.* Farinacius dicto loco numero 151. & sequent. *Roff.*

da à lege tacite, vel expresse, & tunc quilibet index, qui potest super delicto ipso cognoscere, potest etiã illam imponere: Aut venit imponenda à iudice præter legem, & tunc nullus index, præter summum magistratus potest eam imponere. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Anan. in c. vergensis, n. 21. de hæret. in c. An autem episcopi habeant fiscum, cui possint bona delinquentium applicari, videnda sunt ea, quæ dixi infra q. 80. vers. In hac autè.

7 *Nunc videmus, quæ veniant in confiscatione bonorum.* Et in hoc proposito facias regulam generalem, quod in fiscum transeunt omnia ea, quæ transeunt in extraneos heredes: & e conuerso ea, quæ non transeunt in extraneos heredes, non transeunt in fiscum. Et ista est communis, & vera conclusio, vt dicit Alc. consil. 522. post num. 6. Hinc inferitur, quod in confiscatione bonorum non veniunt bona feudalia: illa enim non transeunt ad extraneos heredes, vt dixi supra lib. proximo, §. Feudum, quest. 34. inferitur etiam, quod in confiscatione bonorum non veniunt bona emphyteutica, quæ de sui natura non transeunt ad extraneos heredes, vt dixi supra lib. proximo, §. Emphyteu. q. 29.

8 *Quero modo, nunquid in confiscatione bonorum veniat ius patronatus.* Resp. In hoc articulo fuerunt aliquando opiniones inter Doctores. Aliqui. n. tenuerunt, quod ius patronatus non veniat in generali confiscatione bonorum. Et hanc opinionem esse communem Gigas de crim. læsæ Maiest. fol. 121. q. 4. nu. 3. Et quod ius patronatus ecclesiasticum non transeat in fiscum, qui non sit hæres patroni, dicit esse communem

4 *Apostata m. punitur in confiscatione bonorum, vt est text. in l. 1. C. de apostata. quod intellige vt procedat, si non extant eius filij, vel cognati, ad quos deferuntur, auth. si qua mulier, C. de sacrosanct. eccles. Sed hic quero, quis dicitur Apostata.* Respond. quod tripliciter quis potest apostatare: a fide, ab obedientia, à religione: & ita tradit omnes, vt dicit Simancas de hæret. c. 7. in princip. Dicitur autem apostatare à fide, qui à Christianis religione transit ad Iudaismum, vel aliam sectam infidelium: prout in facti contingentia contra quendam consuluit Alc. consil. 478. Scias autem quod quædam apostata à fide sit peior hæretico, (nam hæreticus in aliquo deniat à fide, apostata autem ab ea in totum recedit) nihilominus apostata recipitur ad penitentiam, prout etiam recipitur hæreticus. Et hanc dicit esse veram, & receptam sententiam Simancas in d. c. 7. num. 2. Apostata autem religionis propriè dicitur ille, qui relinquit habitum religionis, & ad seculum redit. Et ita volunt communiter Doctores, vt dicit Calderinus consil. 1. de apostatis, vbi consuluit, quod monachus vagabundus, qui tamen non dimisit habitum suæ religionis, non dicitur propriè apostata: clericus autem secularis dimittens habitum, si est beneficiatus, dicitur apostata: si vero non est beneficiatus, non dicitur apostatare, sed relinquere habitum. Et hæc est communis opinio, vt attestatur Anan. in c. tua, nu. 11. de apost.

5 *Quero, nunquid quilibet index possit imponere penam confiscationis bonorum.* Respond. Aut pena confiscationis pro delicto venit imponē-

da à lege tacite, vel expresse, & tunc quilibet index, qui potest super delicto ipso cognoscere, potest etiã illam imponere: Aut venit imponenda à iudice præter legem, & tunc nullus index, præter summum magistratus potest eam imponere. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Anan. in c. vergensis, n. 21. de hæret. in c. An autem episcopi habeant fiscum, cui possint bona delinquentium applicari, videnda sunt ea, quæ dixi infra q. 80. vers. In hac autè.

7 *Nunc videmus, quæ veniant in confiscatione bonorum.* Et in hoc proposito facias regulam generalem, quod in fiscum transeunt omnia ea, quæ transeunt in extraneos heredes: & e conuerso ea, quæ non transeunt in extraneos heredes, non transeunt in fiscum. Et ista est communis, & vera conclusio, vt dicit Alc. consil. 522. post num. 6. Hinc inferitur, quod in confiscatione bonorum non veniunt bona feudalia: illa enim non transeunt ad extraneos heredes, vt dixi supra lib. proximo, §. Feudum, quest. 34. inferitur etiam, quod in confiscatione bonorum non veniunt bona emphyteutica, quæ de sui natura non transeunt ad extraneos heredes, vt dixi supra lib. proximo, §. Emphyteu. q. 29.

8 *Quero modo, nunquid in confiscatione bonorum veniat ius patronatus.* Resp. In hoc articulo fuerunt aliquando opiniones inter Doctores. Aliqui. n. tenuerunt, quod ius patronatus non veniat in generali confiscatione bonorum. Et hanc opinionem esse communem Gigas de crim. læsæ Maiest. fol. 121. q. 4. nu. 3. Et quod ius patronatus ecclesiasticum non transeat in fiscum, qui non sit hæres patroni, dicit esse communem

25 *phyteutica transeant in fiscum, vide Farinacium in quaestione vigesima quinta, numero 50. cum seq. Barard.*

f. *Quero modo.* Farinacius dicto loco numero 151. & sequent. *Roff.*



**26** *Aut tale ius patronatus.* ] Adde, quod quando ius patronatus transit ad fiscum, intelligendum est, ut penes, cum remaneat durante vita condemnati. Socin. iun. in consilio 51. num. 6. volum. 2. & ibi numero 4. dicit, quod in confiscatione bonorum mobilium, & immobilium non comprehenditur ius patronatus, etiam si de iure patronatus facta fuisset specialis mentio, quia sententia non valeret, si esset iudicis laici, vt per Decian. in d. cap. quanto, num. 6. & quod in confiscatione bonorum mobilium, & immobilium ius patronatus non comprehendatur, idem tenuit Mat. in cons. 5. vbi dicit ius patronatus non publicari per partem, alias captam in Excellentissimo consilio decem, quo disponebatur, quod bona mobilia, & mobilia eiusdem Anselmi publicantur ob delictum rebellionis.

**27** Item adde, quod quando confiscatum esset castrum, seu Villa, in qua esset ius patronatus, tunc cum ipsa vniuersitate Castri, vel Villae in fiscum deuenirent iura patronatus. G. gas de crimine laesae maiestatis, lib. 2. tit. de pen. q. 4. nu. 6. sed vide Farin. in q. 25. num. 153. vbi tenet contra Dom. Clarum, quod ius patronatus nullo modo transeat in fiscum. *Batard.*

**u** *Ad extraneos here des.* ] Contrahanc distinctionem visus est tenere Crauet. rubr. de leg. 1. numero 63. Nam ait, non ita simpliciter hoc intelligendum est, vt ius patronatus transeat ad extraneos in quocunque casu, sed tunc demum deficientibus haeredibus sanguinis, quia ius patronatus transit ad posteros iure sanguinis, & propterea his existentibus, nullo modo potest transire in fiscum, cum nunquam existentibus haeredibus sanguinis possit ius patronatus in extraneos ex sui natura pertransire, vt ibi allegat cap. si plures 16. q. 7. & quid in emphyteusi, vtrum transeat in fiscum, late per Surdum, decisio. ne 254. *Drogh.*

**x** *Succesive quero.* ] Farinacius ubi supra, numero 109. *Rof.*

**y** *Quod non.* ] Adde, & per Crauet. consilio 213. in fine. *Giachar.*

**z** *Proculdubio Doctores.* ] Adde, quod si ex forma statuti sunt publicanda bona mobilia, & mobilia delinquentis, non publicantur iura, & actiones secundum Fulgof. in l. quam tu-

beronis, §. in peculio, ff. de pecul. quem refert, & sequitur Socinus iun. consil. 51. numero 5. volum. 2. sed publicatis bonis simpliciter includuntur iura, & actiones. Decian. in cons. 442. columna 1.

Item adde, quod si ex statuto omnia bona mobilia, & mobilia homicidae publicari debeant, non comprehenduntur nomina debitorum; Gand. in tract. malef. in tit. vlt. & Traqu. de vtroque retractat. in princ. gloss. 7. sub num. 9. pag. 24. nisi extaret statutum; quod bannitus possit impunè offendi, nam tunc etiam comprehenduntur nomina debitorum vbi que existentium. Alb. consil. 17. 18. & 19. *Batard.*

**a** *Cons. 783.* ] Alias 211. tom. 3. lib. 9. & Farin. num. 23. *Roff.*

**b** *Contrariam tamen sententiam.* ] Adde, quod licet bona prohibita alienari non veniant in confiscatione bonorum, etiam eius vita durante, vltimatus tamen dictorum bonorum publicari videntur reo usufructuario, vt per Rubeum Alex. consil. 154. & Gig. in tractat. de crim. laesae maiest. libro 2. tit. de penis committendis, quae 3. num. 3. & in hac quaestione, an in confiscatione bonorum veniant bona feudalia, vide omnino Peregr. in tract. de iur. lib. 5. titulo 1. num. 71. & 106. cum multis sequent. & Farinac. in quaest. crimin. 25. num. 62. cum seq. & quando feudum non confiscatur, ne etiam fructus feudali datur.

**31** *te* quod vita naturali usque ad fiscum pertinent. Tbi laut. decis. 167. numero 2e *Batard.*

**c** *Apposita est clausula;* quia volo, quod bona perpetuo. ] Adde Francis. Marzar. epitom. fideicommissi. in verbo, Quoniam haec fuit mens q. 27. & q. 44. Aym. Crauet. tractat. de antiquit. temp. part. 1. uerfic ampliatum nunc, numero 33. Clar. in §. Testamentum, quae 79. uerfic. Quinta est coniectura: Hanc tamen materiam fuis quam alibi tractatam videre potes apud Illustr. Doctorem, & Ducalem Senatorem Petrum Antonium Petram Tractat. de fideicommissi. proh. quae 5. maxime in quaest. per eum praemissa conclusione sub num. 21. & numero 66. item numero 96. ubi etiam apparet sub fideicommissi hoc modo abolere inducto, fieri extensionem de casu ad casum, & de persona ad personam; Quod quidem utilissimum

confiscatione veniant bona prohibita alienari. Respond. Aliqui dicunt, quod sic: & hanc opin. esse communem dicit Alcia. cons. 783. num. 1. Contrariam, tamen sententiam, quod scilicet bona prohibita alienari non veniant in confiscatione bonorum, neque etiam durante vita eius, qui prohibitus est alienare, tenet Bart. in l. Imperator. num. 1. ff. de fideicom. liber. quem sequuntur communiter Doctores. vt dicit Soc. iun. consilio 77. numero 15. libro 2. Hanc etiam opin. dicit esse communem Rubeus consil. 98. numero 1. consil. 154. num. 2. Et dicit Gramm. decis. 105. num. 31. quod apud omnes sribentes haec est vera conclusio. dicit Cotta in verbo, Testamentum in quo, col. 2. quod ita dicunt communiter Doctores. Et haec quidem conclusio locum habet, non modo quando factum est expressum fideicommissum in casum alienationis: tunc enim proculdubio non transeunt in fiscum, sed admittitur sequens in gradu fideicommissi: & haec est certa, & communis opin. vt dicit Ale. consil. 650. num. 1. sub tens, quod cum exerceret officium aduocacionis, illam sepe vidit obseruari: & illum refert Rolan. consil. 98. post numerum 11. libro 2. sed idem etiam dicendum est, quando post fideicommissum, apposita est clausula; Quae volo, quod bona perpetuo conseruetur in agnatione, vel familia, non enim ex ea clausula inducatur prohibitio alienationis, fideicommissum simplex, vt dixi supra lib. 3. §. substitutio, vbi ostendi hanc esse magis communem, & veriore opinionem, idem iudicandum est, at si expressum fuerit fideicommissum in casum alienationis.

num est scire, & cognoscere, ita determinatum. Idem Crau. consil. 130. num. 10. & nota perpetuo tu, qui odio habes fiscum, ne in casu delicti in futuri, & haeredit tui (substituas Ecclesiam, vel locum pium) est enim ecclesia similitum relictorum incapax, vt per Felin. in cap. ecclesia Sanctae Mariae coll. mihi 36. extra de const. Argum. in §. eadem oratione, institu. quibus mod. Testam. infra. & sic est, quod damnatus ad mortem, nec etiam facere testamentum potest ad pias causas; vt est infra ad q. 96. uerfic. fin. in fin. Hic autem libet dicere, quod talia fideicommissa sunt vtilia, non autem odiosa: Reperta namque sunt fideicommissa, ne destruantur populi, ciuitates, Petra Tractat. de fideicommissi. prohib. ubi supr. numero 17. Vnde Plutarcus in Agidis vita, Potentiores, inquit, propinquos de successione pellentes, omnes ferè ad se facultates coegerunt, vnde Pauperes, &c. Contrarium tamen tenuit Crau. consil. 180. sub nu. 1. quicquid dixerit idè Marzar. d. tract. epit. fideicom. p. 2. uerfic. sed pro contraria, per text. in §. 1. ubi tantus fauor, in sit. de fideicom. vbi quod imò fideicommissum sit fauorabile. *Drogh.*

**Si vero fideicommissum, vel substitutio facta esset tantum in casum mortis, tunc fiscus potest apud se retinere bona, durante vita ipsius condemnati, vt est Textus in lege Staius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci. Et ita practicitur, vt dicit Quema. da quae. fiscali. 17. Prate.**

**Apposita est clausula.** ] Far. d. q. 21. n. 23. & alijs seq. *Rof.*

**32** **c** *Si vero fideicommissum.* ] Adde, quod si substitutio fuerit facta, si sine filiis decederet, an eo casu fiscus possit illa bona occupare, & vendere, Capyc. consil. 125. vbi tenet, quod sic, & quid si fuerint confiscata, & alienata per fiscum scientibus, & non contradicentibus fideicommissarijs, censetur extinctum fideicommissum. Alb. consil. 105. num. 69.

**34** Item adde, quod si bona subiecta fideicommissi, facta publicatione veniant ad fiscum, quorum relicta esset vxor usufructuaria, ac domina, & massaria, eo casu, verus usufructus pertineret ad matrem, & non alimenta, cum bona deueniant in extraneum success. & haeredit, cessat consuetudo interpretatiua, quae fauore filiorum dat matri solum alimenta, & idè illi uerus usufructus dictorum bonorum confiscatorum debetur, & non fisco. Gabriel. in consilio 184. numero quarto, & 5. vol. 1.

**35** Item adde, si contingeret uiuente reo decedere fideicommissarium substitutum, bona ipsa iure libero in fiscum cederent. Peregr. de iure fisci, d. lib. 5. tit. 1.

Item adde, quod quando banniti nostri temporis æquiparantur deportatis, prout fit saepe in statu Mediolani, teste Alciato in cons. 58. nu. 9. & Clar. sup. quae 71. uerfic. dixi autem

**36** si quis bannitus fuerit cum publicatione bonorum, qui sit grauius restituere bona, si sine filiis decederet, an & quando filij ita in conditione positi, facerent deficere conditionem fideicommissi, & an ad suum, uel fisci ad fauorem, de hoc late habent per Peregrinum in dicto tractatu de iure fisci, lib. 3. tit. 6. sed omnino uide excellent. D. Ioseph. de Rusticis nobilibus Aquilanum mihi uui fratrem honorandum in tractatu suo an, & quando liberi in cond. positi, lib. 1. c. 1. nu. 38. cum sequ. ubi interpretando multum egregie, & notab. ext. in l. ex fact. §. ex facto ad Trebell. hanc quaest. optime explanauit, ad quem remitto.

**37** Item adde, quod in fructibus bonorum confiscatorum restitutioni subiectorum meliora, & potiora iura, quam fideus, habent fideiussores dicti delinquentis, qui pro pace seruanda fideiusserant Betraz. in consil. 139. uol. 1. & ibi addent. & similiter fideiussores, qui fideiusserant de representando pro delinquente iam carcerato. Becc. in consil. 57.

**38** Item adde, quod si testator instituit Titium, & si contingat eum committere delictum, propter quod bona publicentur, illum priuat eius haereditate, quam eo casu uult peruenire ad filium Semp. onij, an eo casu dict. fideicommissi, censetur factum in fraudem fisci, uide Angul. consilio 31. libro sexto. Ruin. consil. 129. numero 4. uolum. 2. & consil. 25. col. pen. Rolan. consil. 59. numero 12. uolum. 1. Menoch. in consilio 91. num. 6. & consil. 77. num. 6. Gabriel. consil. 123. num. 12. &

consil. 140. num. 39. Panzirol. consil. 181. vol. 1. & Rimi. iun. in con. 131. num. 63. & consil. 193. vbi tenet talem prohibitionem esse validam, & Riminal. in d. consil. 193. num. 12. uoluit etiam, quod in d. prohibitione comprehendatur legitimus, vt non possit confiscari filio in minori aetate delinquente, & ibi numero

**rea etiam eueniente casu fidei commissi, potest Fiscus detrabere ex persona condemnati Trebellianicam, vbi non sit eius detractio prohibita. Et etiam in omnem casum solet detrabere legitimam, vbi condemnatus esset filius: nam in ea non potest Testator fideicommissum, neque aliud gra-**

sexto, dicit praedicta procedere etiam, & si extaret statutum, quod bona homicidae deberent publicari in totum, vel in partem; & quod bona prohibita alienari non veniant in fiscum, etiam quod dictum fuerit, vt veniant in fiscum, egregie tenuit excellens D. Petra in suo tractatu de fideicom. q. 8. nu. 110. cum sequ. vbi latissime

**39** me hanc quaest. examinauit: nec etiam in crimine laesae maiest. publicantur bona prohibita alienari; Grammat. dec. 105. nu. 31. & Dec. consil. 442.

**40** Item adde, quod legitima debetur fisco, non obstante fideicommissi cum prohibitione de non alienando, etiam quod legitima detrahit per testatorem prohibita fuisset, nisi prohibitio de non alienando minori facta fuisset, & quod in ea aetate deliquisset, ut late per Riminaldum iun. in consil. 50. numero septuagesimo, cum sequent. uolunt. 1. ubi impugnat Bero. in q. 87. & in hac materia, an bona prohibita alienari, & subiecta fideicommissi transeant in fiscum, uide Maraza. in Epito. de fideicommissi. quaestione 47. ubi multa accumulauit: uide etiam Gabriel. libro septimo, concl. 24. ubi ponit multas ampliationes, & limit. & Miccha. Craff. in tractat. de success. §. 1. nu. 10. ubi dicit, quod non transeunt in fiscum, nec in crimine laesae maiest.

**41** Item adde, quod bona subiecta fideicommissi, licet expresse non sunt prohibita alienari, tamen in testamento huiusmodi uerba, quod mentis, & intentio testatoris est, quod eius bona conseruentur in linea masculina uocatorum, non transeunt in fiscum, nec vita durante delinquentis. Botta in consil. 39. per totum.

**42** Item adde, quod prohibitio de non alienando ob sui fauorem, delinquendo, habet fiscum successorem. Gram. decisio. 105. nu. 39. & Boss. multum late in loco hic allegato, & Gigas in tractatu de crim. laesae maiest. lib. 2. tit. de pen. q. 3. nu. 3. & latissime Gabr. com. concl. 1. b. 7. concl. 24. ubi ponit multas ampliationes, & limitationes.

**43** Item adde, quod quando non est prohibita alienatio simpliciter, sed per contractum dumtaxat inter uiuos, tunc delinquendo transeunt in fiscum, Grammat. dict. decis. 105. numero 40. & seq. & Gabriel. consil. 240. numero trigesimo secundo, uolum. 1.

**44** Item adde, quod stante fideicommissi cum prohibitione alienationis ad fauorem alterius, fiscus non detrahit Trebellianicam Gabriel. in consil. 184. numero 7. & Riminal. iun. in consil. 131. num. 51.

**45** Item adde, quod quando quis est prohibitus alienare cum causa, quia uult bona in familia remanere, si bona prohibita fuerint confiscata, remanent penes illos de familia, sed reuocabiliter: quoniam secuta restitutione ex Principis indulgentia, eidem sunt restituenda; etiam si in gratia expresse fuerit dictum, ad bona sine alterius prauidicio, ita multum egregie tradit Illustriss. & Reuerendiss. Card. Alban. compater meus in consil. 1. nu. 18. & 20. *Batard.*

**d** *Durante vita ipsius condemnati.* ] Adde alium casum, in quo durante vita tantum delinquentis amittuntur fructus, Crauet. consil. 128. sub numero 7. Petra. de fid. prohib. quaestione 10. numero 565. Pract. Pap. in forma libelli, quo agit. ad reuocat. feudi, in gloss. nec superstitibus, sub num. 27. infra hac eadem quaest. uerfic. si uero alienatio, post med. & uerfic. Item in fiscum; uide Curt. iun. consil. 120. num. 10. cum seq. Alex. consil. 23. lib. 1. per totum. *Drogh.*

**e** *Prateerea etiam.* ] Vulpell. resp. 12. item Farin. numero 31. *Roff.*